PROBLEMATA CAMERALIA, SIUE CONTROUERSAE IN SUMMO IMPERII TRIBUNALI...

Henricus Andreas Cranius, Albert Blancknagel, Valenti Gonzaga

Magnifico & conſultiſsimo viro,

Dn. VVERNERO König / I. V. D.

Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Principis Brunſuicenſis &c. Cancellario digniſs.

S. D.

EN ſententias & opiniones vtroq; nutantes, in quibus etiã ICtorum principes & Cameræ Imp. quondam Aſſeſſores & Aduocati digniſsimi, mirè ſe inuicem ſuis pupugêre acuminibus, & adhuc ſub iudice lis eſt, cretâne, an carbone notandæ. Has, inquam, licet inuitus, ad petitionem tn. quorundã meorum Collegarũ, cum quibus iam latiores Digeſtorũ libros examĩnando rumino, & ruminando examino, in συνοπτικὸν deducere volui, & filo ſaltẽ penſitare iuridico: Nec n. libuit hic primo in cõgreſſu albis (vt dici ſolet) equis alios pcedere. Albũ addant alij calculũ; ego pol hoc in certaminis genere pollicẽ nec premo nec uerto, ſed ancipitẽ hanc ingrediendo viam primùm vtroq; nuto, & tandẽ filum contentionis in ipſa diſputatione abrumpo. Hoc a. quicqd eſt, tibi, vir magnifice, dare, dicare mihi viſum: Si n. milites & tyrones apprimè ambiunt deſiderantq; duce & auſpice Teucro, ſtipendia merere, egregioq; ac ſummo alicui exercitus Imperatori nomina dare; ſanè illi meas de controuerſiis Cameralib. diſputationes iure conſecrauerim, q hoc in bello Camerali benè exercitatus, quemq; vt togatæ militiæ ducẽ habent & laudant omnes docti & Muſarum caſtra ſequentes. Et huius audaciæ etiam calcar mihi ſubdidit, q hoc noſtrum diſputationis exercitiũ in id ferè tempus incidit, quo Reuerendiſs. & Illuſtriſs. princeps B. & L. te ob ſingularem prudentiã & innumeras, q̃ in te ſplendent animi virtutes, ad ſummum dignitatis faſtigiũ euexit, & poſt ſe primum atq; à conſilijs maximũ conſtituit. Quod cùm omnes ſumma cum lætitia exceperint; ego quoq; & meum gaudium priuatim munere aliquo (ſi hoc nomine dignũ) leuidenſi teſtandũ exiſtimaui. Hæc igitur problemata ſeu potius ænigmata Cameralia, vir Magn., grauiſsimo ac politiſsimo tuo iudicio ſubiecta, in debita obſeruantia lætitiaq; ſignum ſereno accipe vultu, & ſi tanti (q metuo) non fuerint, pignoris ſaltem loco tantiſper apud T. M. eſſe cupio, donec maiora & meliora dandi conceſſerit facultatem omnis boni autor DEVS, qui M. T. Eccleſiæ & Reipub. inclutæq; huic IVLIAE quàm diutiſsimè incolumem conſeruet. Vale. Helmſtadij, 18. Febr. Anno M. D. CIV.

Magnif. Tuæ obſeruantiſs.

Henricus Andreas Cranius. VV.

DISPVTATIO I.

Quâ ancipites quædam iuris quæſtiones cauſarum magis merita, quàm proceſſum concernentes, veritatis eruendæ cauſâ publicè in vtrãuis examinabuntur partem. De reliquis controuerſijs, quæ ſunt inter Gail. Mynſ. & alios Camerales, mox in ſubſeqq. diſp. DEO volente, plenâ Mineruâ agemus.

CONTROVERSIA I.

HIC principem ſibi vindicet locum nodus iſte herculeus: an vxor in perſecutione dotis vi tacitæ hypothecæ priuilegium habeat πρωτοπραξίας *ſeu prælationis contra omnes mariti creditores anteriores, etiã* EXPRESSAM *hypothecam habentes?*

AFFIRMAT

DN. *Ioachim. Mynſing. cent. 1. obſ. 61. & 4. obſ. 13. n. 4. 5.* Idem *ad §. actionum 28. n. 12. 13. I. de act. & 2. conſ. 15. n. 18. 19.* Et ſecundũ hanc ſententiam etiã in Camera pronunciatũ teſtatur. NITITVR *arg. l. aſsiduis 12. C. qui pot. in pign.* iunct. *l. in rebus 30. C. de iur. dot. l. vn. C. de rei vx. act. Nou. 97. c. 3. 4. N. 109. c. 1. l. f. vbi Cuia. in parat. C. de priuileg. dot.* Confer *Anton. Fabr. 8. coniect. 11. D. Borch. ad d. §. actionum.*

NEGAT

DN. *Andr. Gaill. 2. obſ. 25. n. 10.* Secutus *Gloſ. in d. l. aſsiduis 12.* Item *Hart. Hartm. Pract. obſ. ti. 27. obſ. 17. nu. 3. VVeſenb. in Parat. Qui pot. in pign. n. 3.* MOVENTVR *arg. c. qui prior. 54. de R. I. in 6. l. 2. ff. Qui pot. in pign. l. 2. C. de iur. fiſci. c. ex tenore 11. de foro compet. l. 6. § 7. Quæ in fraud. cred.* Item *arg. l. 8. ff. & l. 4. C. qui pot. in pign.* Vide hîc pingui menſurâ. *Donel. ad d. l. aſsiduis 12.*

Πάρεργον.

An fideiuſſor dotis nomine à marito volente datus obligetur? Negant *Br. Bl. Salic. Cuiac. Dn. Gœdd. & Ant. Matthæi.* Affirmant *Duar. Menoch. Balduin. & alij: Sed quàm rectè diſputationis dabit exercitium.*

II.

Quid autem de dote confeſſata, ſi fatalia opponendæ exceptionis non numeratæ dotis præterlapſa ſint?

IDEM

Innuit *D. Gail. 2. obſ. 81. n. 10.* MOVETVR

DIVERSVM

Ait *P. Frid. Mindan. 2. Proceſſ. 61. n. 4.*

IVR *arg. l. f.* iunct. *auth. quod locum. C. de dote caut. non numer.* Confer eund. *1. obſ. 139.* *nu. 4. circa fin.* Confer *Dn. Mynſinger. 1. obſ. 61. in fin. & 2. conſil. 15. nu. 10. & ſeqq.*

CONNEXVM.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam poſt biennium à debitore chirographario onus probandi in ſe recipiente opponi poſſe communis eſt: Quam tamē quaſi digitis metitur perſequiturq́ Donellus; Sed hic, meo iudicio, boue venatur leporem.

III.

Ædipo hîc opus, quando confeßionem mariti iuratam de dote receptâ nocere creditoribus aſſerit Gaill. (A;) Et P. Mindanus (B) idipſum haud catholicum pronunciat.

a) *lib. 2. obſ. 81. nu. 9.* b) *lib. 2. Pr. 61. n. 4.* confer *Dn. Mynſing. 2. conſil. 15. n. 13. 14. & 15.*

Πάρεργα.

1. *Pater an etiam filiam diuitem dotare cogatur? Quod cum Gail. Mynſ. aff.*
2. *Propter commiſſum adulterium vxor dote priuatur: num etiam propter oſculum? vel ſtuprum poſt mariti mortem patratum? vtiq; ſi pleroſq; id pinguiori Minerua affirmantes ſequamur.*
3. *Idemnè rectè Guib. Coſtanus ad bona extendit paraphernalia? Quod rectiùs, vel Momo iudice, negauerimus.*
4. *Quid ſi maritus vxorem in adulterio deprehenſam occidat: lucrabiturnè & hoc caſu dotem? Quod, vel Zaſio reclamante, dicemus.*
5. *Valdè controuerſum eſt, an vxor veſtimenta, ornamentaúe muliebria à marito tradita, ſoluto matrimonio reſtituere teneatur? Hic diſtinctionibus nos expediemus.*

IV.

Iuri offerendi, quod ex pacto de retrouendendo habet venditor, vtrū præſcriptionis tricennariæ ſubiaceat periculo, perquam intricatum ænigma eſt?

ADSTRVIT

PRæſcriptionē *Pet. Mindanus 2. Proceſſ. 72. n. 6.* confer eundē *c. 37.*

DESTRVVNT

EAndē *D. Mynſ. 1. O. 16. & 6. O. 69. n. 20. 21. Gail. 2. O. 18. D. Io. Borch. de vſur.*

9. 37. MOVETVR *arg. l. 3. 4. 7. §. 2. 3. C. de præſc. 30. vel 40. ann.* confer *Roland. à Vall. 2. conſil. 25. & ibid. alleg. Couar. 1. var. reſol. 9. n. 1. & ſeqq. & infr. th. 5. 8. & 9. &c.* *de vſur. c. 6. n. 18.* MOVENTVR *arg. d. l. 7. & ibid. l. 2.* iunct. *l. 13. de vſucap. l. 2. de via pub. l. 9. §. 5. de pign. actio* conf. *Fab. de Monte q. 7. de pact. int. empt. & vend. n. 4.*

Πάρεργα.

1. *An ſuus pro herede vſucapere poſſit? Quod contra Donel. & Dd. com. adſtruere non veremur.*
2. *An de iure ciuili in vſucapione continua bona fides requiratur?* Negant *Borch. Gœd.* A quibus *temerè, quoad vſucapionem rei mobilis, recedere videtur Hugo Donellus.*
3. *An quis completâ vſucapione propter ſuperuenientem rei alienæ ſcientiam de iure Canon. recedere à iure ſuo teneatur?* Negat *Dn. Vulteius, Treutl. Quos ſequor.*

V.

Intricatius, longeq́; diſputabilius, an luitioni pignoris longiſſimi temporis ſpacio præſcribatur?

PRO AFFIRMATIVA

OMni pede ſtat *P. Mind. 2. Pr. 37. n. 5.* confer *eund. c. 72. n. 6. Gl. In l. 13. verb. alieno. de vſuc. per illũ textum.* NITVNTVR *ar. d. l. 4. 7. C. de preſcr. 30. vel 40. ann.* iunct. *l. 2. C. eo.* Vide *Roland. à Valle 2. conſil. 21. Didac. Couar. 1. var. reſol. 9. & Schurff. 1. conſil. 70. n. 26.* Accedit *noua deciſio conſtit. Sax. q. 114.* Sibi contraria *in quæſt. 1.*

NEGATIVAM

CVm haſta, cum ſcuto defendit *Gail. 2. obſ. 18. & Dn. Mynſ. 1. obſ. 16. D. Borch. d. c. 6. n. 10. & ſeqq.* MOVENTVR 1. *arg. d. l. 13. l. 44. § 5. de vſucap. l. quod ſi 31. § ſi quid 22. de ædil. Ed. l. 2. C. de pact. int. empt.* 2. *l. 4. § f. de her. inſtit. l. f. de condit. inſt.* iunct. *l. 13.* 3. *arg. l. 2. 3. de pign. act.* iunct. *l. 52. § 7. de furt. § 2. I. de vſuc.* 4. *Deniq; arg. d. l. 2. de via publ.*

Πάρεργον.

Domino feudum abſq; conſenſu ſuo alienatum reuocare volenti 100. quidem; non tamen 30. vel 40. annorũ obſtare præſcriptionẽ, cum Duar. Sonſb. Schneid. Dn. Vult. Contra *Gail. Cuiac. Roſenth. & alios defendere conabimur.*

VI.

Suſpenſos etiam habet Cameralium animos: vtrum in iure

congrui ſeu prothomiſeos, des Einſtandes/ *tempus retrahendi à iure vel conſuetudine præfixum, vtile ſit vel continuum?*

VTILE

RESpondet *D. Myſing. 3. O. 51. n. 4.* MOVETVR 1. *arg. c.1. §.1 verſ. porrò. ibi*: vel annali ſilentio, à quo ſciuerit computando. *Qual. olim pot. feud. al. 2. F. 9.* 2. Similis textus eſt *in c. 1. §. Titius. vbi Gloſ. com. approbata in verb.* per annũ ex quo ſciuit &c. *Si de feud. defunct. cõtent. ſit inter Dom. & agnat. Vaſall. 2. F. 26.* 3. *arg l. 1. § fi. ibi*: niſi ex quo actionẽ mouere potuerint, *& ibi*: Quis n. incuſare eos potuerit. *C. de annal. except.* adde *l. genero 8. de his q. not. infam.* iunct. *l. 11. § fin. eod.*

CONTINVVM

AIt *Gaill. 2. Obſ. 19. n. 17.* vbi ſecutus communem Dd. ſententiam, teſtatur præſcriptionẽ à tempore veræ traditionis rei venditæ etiam contra ignorantẽ currere. Quo igitur remedio ſuccurretur læſo? Beneficio reſtitutionis in integrum. *Gail. d. lo. circa fin.* Cum *Boër. Deciſ. 112. n. 7. & ſeqq. vbi eand. com. ait.* V. & confer Br. *in d. l. genero 8. n. 2. & ſeqq. & in l. 1. §. ſi quis 9. de itin. actuq. priuat. Dd. in l. 1. & l. quamdiu 5. C. qui admitt. ad bonor. poſſ.*

VII.

Hinc quæſtio pullulaſcit difficilis vtilis & cottidiana: an ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem iure completam detur reſtitutio in integrum?

DENEGATVR,

ARio Pinel. teſte *in auth. niſi. C. de bon. matern. n. 58. & ſeqq. VVeſenb. in parat. ff. Quib. ex cauſ. mai. n. 10. Treu. p. 1. D. 11. th. 17. Crauet. tract. de antiq. temp. p. 4. §. materia. n. 71.* NITVNTVR 1. *arg. l. vn. ibi*: nullus ad eas reſeruabatur regreſſus. *& ibi*: neſcientibus dominis, &c. *C. de vſucap. transform.* 2. *arg. l. f. C. de long. temp. præſcript.* 3. *arg. l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* 4. *arg. l. 4. C. eod.*

IMO DATVR,

TEſte *Gail. 2. obſ. 19. n. 18. 19. & obſ. 48. n. 1. 7. 27. Schrader. de feud. p. 5. c. 4. n. 22. & p. 8. c. 7. n. 47. Did. Couar. in c. poſſeſſor. p. 3. §. 3. de R. I. lib. 6. Afflict. deciſ. 37. & deciſ. 329.* MOVENTVR 1. *arg. l. 1. §. 9. de itin. actuq. priuat.* 2. *arg. l. 3. in fi. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* iunct. *l. 9. de iur. & fact. ignor.* 3. *arg. l. & Atilicinus. 35. de ſeruit. ruſt. præd.* 4. *arg. No. 119. c. 7.* 5. *l. 15. Ex quib. cauſ. mai.* 6. *arg. l. 19.* iunct.

eod. 5. *arg. auth. niſi tricennali.* C. *de bon. matern. c. vigilanti* 5. *de præſcription.* 6. *argument. l.* 1. *& ſeqq. ff. Ex quibus cauſ. maior.* facit *l.* 2. *Cod. commun. de legat. l.* 1. *de vſucapion.* iunct. *ibid.Gl. Quemad.ſeruit.amit.* 7. *facit. l.* 1. *ibi:* Si qua iuſta cauſa. &c. *l.* 6. §. 2. *Ex qb. cauſ. maior.* confer *D. Myn.ſ.6.obſ.47.* Aliter *Io. Niell.diſp.feud.8. c. Coral.1. ar.d.N. 119.c.7.verſ.Si autem. vbi Cuiac.*

CONNEXA.

1. *Effectum vſucapionis eſt adiectio dominij, & quidem* pleni, *non (vt quidam loquuntur) vtilis tantum.*
2. *An minor 25. annis Doctor vel iuriſperitus ex contractu læſus reſtituatur in integrum? Neg. vti communiorem ſequitur Sfortia Oddus. Nos minori patrocinantes, cum.Fr.Sarmient. reſtitutionem moliemur.*

IIX.

Tam iuris, quàm corporis emptionẽ valere non ambigitur: An autem emtio annuorũ cenſuum ſeu redituũ, vulgò Widerkeufflich Zinſe/ *de iure ſit licita, multi multùm ambigunt?*

LICITA, NEC VSVRARIA,

SIue reditꝰ conſtituatur in pecunia, ſiue in fruměto, vel alijs rebus, modo ſecundum Conſtit. Carol. V. pro 100. duntaxat 5. dẽtur & accipiantur. *Gail. 2. obſ. 7. n.5. & ſeqq.* Idem *2. O. 5. n.11.* MOVENTVR 1. *arg. l.8. de empt.vendit. §.1.2.I.eod.* 2. *arg. Nou.160. pr.l.14. verſ.*verum. *C.de SS. Eccl.* 3. *arg.c. 1.& 2.in extrau.de empt.vend.* 4. *ar. l.8.§.f.de peric.& com.rei vend.*cõfer *Fachin.2. contr. iur. 42. & 43.*

IMO VSVRARIA,

NEc verus eſt contractus *Pet. Mind.2.Pr.72.n.6.Item2.Pr.71. n.6.* Accedunt *Hotom.2.obſ.15.Salic. in Auth.ad hac. C. de vſur.* MOVENTVR 1. *arg.c.1.& 2.c.6.c.fin.de vſur.* 2. *arg.c.plerią;14.q.3.c.nauiganti 19. de vſur.* ſed vide die Reichsabſchied. *tit.* Von wücherlichen Contracten/ *ſub anno 1530. fol.(mihi)130.& de anno 1548. fol.34. Philip. Melanch.2.Ethic. fol.(mihi)129. D.Io.Niell. diſp.feud.3. th.2. Couar.3. var. reſ. 7.*

Πάρεργον.

Vſura an de iure diuino indiſtinctè ſint prohibita? Affirmatiuam Marpurgi meo tempore acriter propugnabat D. VVinckelmannus Theol. præſtantiſ.s ſed hæc ſententia limâ vtrũ indigeat, nobis diligens ac placida ſuggeret collatio.

IX.

Exinde pono caſum: aurei vigore literarum obligationis debentur Rhenenſes, gute wolwichtige Rheiniſche Gülden/ *Poſtmodum autem creditor per 30. vel 40. annos ſolutionem vſurarum recepit in minori vigore, quàm fuit tempore contractus. Quæritur iam an debitor flor. minoris valoris ſiue* Gülden in Müntz/ *ſoluere volens, exceptione præſcriptionis contra creditorem flor. in auro repoſcentem ſe tueri poßit?*

POTEST,

SI credimus Pet. Frid. Mindano *2. proceſſ. 74. in fin.* MOVETVR *rationibus ſupra ad th. 4. 5. & 8. adductis.*

NEQVIT,

SI credimus Gaillio. *2. O.73.n.2. D. Mynſing. 3. O.13. in fin.* *Qui iisdem præcedentium th. nituntur fundamentis.*

CONNEXVM.

Verba gute Gülden *inſtrumento inſerta, vtrùm de florenis in auro; an verò de vſualibus ſeu vulgaribus in moneta intelligi debeant? Poſter. affirm.*

X.

Hic quæſtio exaſcianda, in quâ vaſtißimi opinionum fluctus ad nubes vſq; exæſtuant, vtrum nim. valore monetæ mutato æſtimatio facienda ſit ſecundum eam bonitatem, quæ contractus; vel quæ ſolutionis tempore fuit?

PRIVS AFFIRMAT

DN. *Mynſ. 4. O.1. n.1.2.3.* Idque verum exiſtimat, ſiue valor accreuerit, ſiue decreuerit, ita vt quãtitate monetæ adauctâ, debitor augmentũ illud deducat, diminutâ verò, id, quod deeſt, ſupplere cogatur. *ar. d.c.20.* iunct. *c.p. de cẽſib. l.3. de reb. cred.* conf. *Conar. de vet. collat. numiſm. c.7.* MOVENTVR *arg. l.3. de reb. credit. vbi Dd. comm.*

DISTINGVIT

GAill. 2. O. 73. n. 7. 9.* vbi in mutatione extrinſeca creditoris & lucrum & damnũ eſſe contendit. LONGE ALITER *ſatisq; probabiliter de iiſdem diſſeruiſſe videtur P. Mindanus 2. Pr.63. n.9. & ſeqq. V.* aliter *Pinell. in l. 2. in 1. p rubr. c. 3. nu. 7. & ſeqq. Cod. de reſcind. vendit.* Aliter *Fachin. 2. contr. iur. 9. 10. Donel. ad l.3. de reb. cred.*

CON-

CONNEXA.

1. *In nummo num etiam materiæ ſpectanda ſit bonitas? Negat contra comm. Donel.; ſed, quæſo, digitum tollat, herbamq́, ſuo det aduerſario.*
2. *An rectè Gail. & Dd. duplicem in nummo conſtituant bonitatem, vnam intrinſecā, (q̄ vulgò vocant* Schrot vnd Korn) *aliam extrinſecam? A.*
3. *An æquè ad pecuniam numeratam vti ad cæteras res fungibiles, pertineat regula in l. 3. de reb. cred. poſita? A.*

XI.

Nec illud extra dubietatis aleam poſitum: an in eadem, quâ accepit, monetæ formâ, reddere cogatur debitor; vel alterius generis nummos, vtpote pro aureis argenteos, pro thaleris denarios ſoluendo liberetur?

NON LIBERATVR,

DN. *Mynſ. 4. O. 1. Gail. 2. O. 73.* q hanc ſententiā in iudicando obtinuiſſe teſtantur. Accedunt *Couar. de vet. numiſm. collat. c. 7. §. vn. Br. ad l. 1. §. f. de aur. & arg. leg. & ad. l. 99. de ſolut.* MOVENTVR *præcipuè ar. l. 2. §. 1. de reb. cre. Quia aliud pro alio inuito creditori ſolui nequeat. 2. ar. l. 3. de reb. cre. l. 1. l. 2. l. 3. C. de vet. numiſ. pot. lib. 11. l. 1. & f. C. de ponderat. lib. 10. d. c. olim. c. p. de cenſib.* ALITER Mindanus ſe expedire videtur. *2. Pr. 63. n. 9.* confer *Theſſaur. deciſ. 174. Boër. deciſ. 327.*

IMO LIBERATVR,

VT volunt *Alciat. ad l. 2. n. 11. de reb. cred. Pinel. ad l. 2. in 1. p. rubr. c. 3. n. 7. C. de reſcind. vend. Cuiac. in N. 4. c. 3 pag. 41. & in l. 59. de V. O. Hotom. ill. quæſt. 15. Donel. in l. 3. n. 10. ff. de reb. cred.* MOVENTVR *arg. d. l. 99. de ſolut. l. 1. de contrah. empt. l. quæ extrinſecus 65. §. ſed etſi 1. de V. O. l. vn. C. de argenti precio, quod theſ. lib. 10. l. 2. §. item varus 5. de aq. & aq. pluu. arc.* confer *Gabr. 3. R de ſolut. concl. 2. 3. & ſeqq. Mozz. de contr. tit. de reb. quæ mutuari poſſunt. n. 8. & ſeqq. Fachin. 2. quæſt. 49.*

Πάρεργα.

1. *Nobis vnius interpellationis effectus eſt mora; quicquid etiam dicant Coraſ. Coſtal. Ferret. plures ad debitorem in mora conſtituendum interpellationes fruſtra requirentes.*
2. *An ad ſiſtendum vſurarum curſum præter oblationem requiratur depoſitio?* Aff. *D. Borch. Don.* Negant *Duar. & D. Gædd.*

Grandis

XII.

Grandis ac multiuaga circa clauſulas obligatorias quæſtio eſt; vtrum pactum manus iniectionis, incarcerationis & prehenſionis ex mora faciendæ ſolutionis de iure valeat?

AFFIRMAT

CVm D. *Mynſing. 6. O. 51. n. 3. & ſeqq. Mind. 2. Pr. 71. n. 7.* Secutus *Matth. Colerum de proceſ. execut. p. 1. c. 6. per tot* MOVETVR 1. *arg. l. 50. de pact.* iunct. *l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* 2. *arg. l. 7. §. 7. de pact.* iunct. *d. l. 1. l. 2. ibi:* vel certè ſi quis. *l. 3. C. de exactor. tribut.* 3. *arg. l. 1. C. vbi quis decur. vel cohort. l. 54. C. decur. lib. 10.* iunct. *l. ait prætor 10. §. 16. q̃ in fraud. cred. & ibid Dd. l. 7. §. 2. qui ſatiſd. cog.* 4. *arg. l. 4. de ſtat. hom. §. 1. I. de iur. perſon.* iunct. *l. 5. ff. de iuſt. & iur.* 5. *arg. l. 1. de pecun. conſtit l. 1. de pact.* 6. *arg. c. 9. de iureiur.* 7. *arg. l. obſides 11. qui teſt. fac. poſſ.* 8. *arg. eorum, quæ tradit Gaill. 2. de pac. publ. 2. n. 5.* 9. Denique *arg. l. 8. §. ſolent 9. de pæn.* iunct. *l. 3. ff. & l. 2. C. de cuſtod. reor.* Adde *Gaill. 1. Obſ. 26. nu. 7.* 10. Eandem ſententiam amplectitur. *Peckius de iure ſiſtend. c. 5. nu. 15. VVeſenb. in addit. ad Schneid. nu. 5. §. 3. Inſtit. de iuſt. & iur. & ibid. Dn. Borcholt. Vaſq. de ſucceſſ. & vlt. volunt. lib. 3. §. 22. n. 81. Zaſ. 2. ſingul. intell. 8.* Vide eleganter *Henning. Goden. lib. 3. conſil. 2.*

NEGAT

ANdr. *Gail. 2. de p. p. 2. n. 21.* confer eund. *2. O. 45. & 1. O. 26. VVurmbſ. Pr. O. tit. 28. de creditor. & debitor. obſ. 8.* MOVETVR 1. Quia carcer ſit ſpecies ſeruitutis, & mala habitatio *l. 2. de lib. exhib. l. 7. ibi:* vel ad malã mãſionẽ, &c. *ff. depoſ.* At homo liber ſe ad ſeruitutẽ obligare neqt. *l. ob æs 12. & ibi. auth. immo à debito. C. de O. & A.* iunct. *l. 59. in f. de condit. & demonſt. l. quod attinet 32. de R. I. l. qui filios 6. C. quæ res pign. obl. poſſ. l. f. C. eod.* 2. Quia carcer pœna ſit *l. 3. de cuſtod. & exhib. reor. l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10.* 3. Quia nemo ſit dominus membrorũ ſuorũ. *l. 13. ad l. Aq.* 4. *arg. l. Titio 71. §. 2. de condit. & demonſt.* 5. Quia pactis non poſsit immutari ordo iudiciarius & ſoleñitas. *arg. l. ſi cum 58. de re indic. l. 1. C. de execut. rei iudic.* 6. *arg. l. alia 14. §. eleganter 1. ff. ſolut. matr.* 7. Accedunt *negatiuã amplectentes Franciſc. Curtius tract. de ſequeſtr. nu. 72. cum ſeqq. Salicet. & Dd. in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Tiraq. de pœn. cauſ. 41. Couarr. 2. var. reſ. 1.*

CONNEXA.

1. *An lachrymabili beneficio ceßionis bonorum renunciari poßit?*

2. *Fideiuſſorem ex arbitrio iudicis in criminalibus etiam capitalibus (non tamen ſanguinis pœnam ingerentibus, vt quidam volunt) interuenire poſſe, non eſt, quod dubitemus.*

XIII.

Ius venandi in ſylua quadam alicui quæſitum eſt: Nunquid ergo eidem in capturam ferarum permiſſum, vt ſucciſis lignis ſyluam iſtam venatoriam cingere, circumſepire, & bannum ferinum, einen gehägten Wildban oder Forſt *conſtituere poßit.*

QVID NI?

ITa indiſtinctè *Dn. Andr. Gail. 2. O. 68. n. 7.* Secutus *authoritatem Zaſ. lib. 2. conſil. 6.* MOVETVR *arg. l. in lege 29. ff. locat.* Confer Interpp. *ad l. ſylua 30. ff. de V. S.*

QVI SIC?

SI iſta ſyluæ munitio in alterius *(puta vſufructuarij vel ius paſcendi ibidem habentis)* fiat præiudiciũ. *ita diſtinguit Mindan. 2. Pr. 41. n. 1.* NITITVR *arg. l. 7. §. 1. de vſufruct.*

Πάρεργα.

1. *An venatio ſiue ius venandi ſit de Regalibus?* Negat *VVeſenb.* Affirmãt *Pruckman. Graſſecc. & alij. Sed num rectè videbimus.*

2. *An qui per alienos ſaltus inuitis dominis vagatur venandi vel aucupandi gratiâ, prædam faciat ſuam? Aff. contra Cuiac. adſtruimus.*

3. *An vt in alieno fundo venari, ſic in alieno lacu vel ſtagno piſcari iure noſtro liceat? Quod itidem cum D. Borch. & Cuiac.* contra *Dn. Vult. Treutl. Donell. & VVeſenb. tutare tentabimus.*

XIV.

Hîc ratione conſequentiæ multò intricatior ſuboritur quæſtio: an fructus ſylueſtres pro alimentis ferarum in dubio ſpectent ad eum, qui ius venandi habet; an verò ad dominum ſyluæ, vel ad fructuarium?

PRIVS PROBAT

ANdr. Gaill. *2. obſ.65.n.3.& ſeqq.* NITITVR iſtâ ratione, quod regulariter vno conceſſo, ea etiã videantur conceſſa, ſine quibus tanq̃ adminiculis illud commodè conſiſtere nequit. *arg.l.3. §.q habet hauſtũ, iter quoq; habere videtur 3. ff. de ſeruit. ruſt. præd l.1.§.1. ſi vſusfr. petat. l.2. de iuriſd. omn. iud. c. præterea 5. de offic. delegat.*

IMPROBAT IDEM

FRid. Mind.2. Pr.41.n.2.* MOVETVR 1. *arg. l. 1. in f. ff. ſi vſusfr. petat.* cũ etiam venatio ſæpiſsimè fieri ſoleat in fundo ſterilisſimo, *vbi nulla glans, nulliq; fruct9 vtiliores.* 2. Quia hac ratione ius venandi, omnẽ alteri9 vſum & fruct9 planè redderet inutiles, *quod iniquiſsimũ ait Mindan. d.lo. arg. l.vn. de gland. legend.*

XV.

Si cui occaſione præcedentium, labyrinthum quæſtionis de fructibus nobiſcum ingredi volupe fuerit, is omnes ingenij intendat neruos, & perſcrutetur, vtrum bonæfidei poſſeſſor fructus adhuc extantes, necdum conſumptos, percipiendo ita ſuos faciat, vt domino rem ſuam vindicanti eos reſtituere non teneatur?

NEGAT

CVm cõmuni Dd. ſchola *Dn. Mynſing. in comm. ſuis ad Inſt. §. ſi q̃s à non domino 36. n.9. I. de rer diuiſ. & ipſar. dom. Ibid. Schneid. n. 2. VVeſenb. n.11. & Ant. Matthæi in. notis. Ant. Fab.4. conieċt.17. D. Herm. Vultei.1. Diſcept. vlt. D. Treutl. part. 2. diſp.20. th.5. lit.K.* NITVNTVR 1. *arg. l. ſequitur 4. §. lana 19. ibi:* Si conſumpti ſint, &c. *ff. de vſurpat. & vſucap.* 2. *arg. l. certum eſt 22. C. de R. vind.* 3. *arg. l. quæſitum 40. in fin. ff. de acqr. rer. dom.* 4. facit *l. ſed & loci 4. §. poſt litem 2. ibi:* Si eos

AFFIRMAT

COntra communem, *Donell.4. com.26. & in tr. de fruct. c.4.* MOVETVR 1. *arg. l.11. de R. I. l.f. de pact. l.p. de iuſt. & iur. l.10. de R. I.* 2. Quia fructus PLENO IVRE benæf. poſſ. fiant. *l.28. de vſur.* iunct. *l.25. de acq. rer. dom. l.9. de R.V. l.156. §.1. de R.I.* 3. Quia vero domino æq̃paretur, & ipſi fructuario præferatur. *l.26. §.1. de vſur.* 4. Quia hoc caſu nulla de iure prodita ſit actio domino fundi, ad fructuum repetitionem. Nec n: vindicatio locum habet. *arg. l.25. de O. & A.* iunct.

eos conſumpſit, &c. *ff. Fin. regũd.* 5. *arg. à contrario ſenſu deducto ex d. §. ſi quis à nõ domino 35. ibi :* Et ideo ſi dominus ſuperuenerit, & fundum vindicet, FRVCTIBVS AB EO CONSVMPTIS *(Secus ergo ſi non ſint conſumpti)* agere non poteſt. 6. *arg. l. bonæfidei 48. ibi :* Suos INTERIM *(h. e. dum poßidet, ſc. ante euictionem, vt notat Gothofr. ibid. & probat per l. 1. C. de petit. hered. & d. l. 22. C. de R. V.)* facit, &c. *ff. de acq. rer. dom.* 7. Iuuat *l. ſi eius fundi 78. ff. de R. V. Num idem in perceptis fruct. naturalibus? V. Gl. ad d. l. 35. in pr. de R. V. & ad l. 25. §. fin. de vſur. Menoch. remed. 15. recup. poſſ. quæſt. 40. n. 596. Couar. 1. var. reſ. 3. nu. 6. Ciſner. de vſucapion. fol. 92. & ſeq. A quibus recedere videtur Duar. ad tit. de naut. fœn.* iunct. *l. f. de public. l. 5. § f. Commod. l. 23. de R. V.* Nec cõdictio ſiue actio in perſonã. *ar. §. 1. I. de act.* Nec cõdictio ſine cauſa. *ar. d. §. 36. I. de R. D.* Nec deniq; offic. iudicis, *(vt volunt ex l. 35. de R. V.) ar. l. 54. locat.* iunct. *l. 9. l. 20. de R. V.* Siqdem nihil amplius præſtetur officio iud., q̃ ꝙ bonũ & æquũ. *arg. §. 31. I. de act. l. 4. § f. de eo, ꝙ certo lo. l. 4.* iunct. *d. §. 36. I. de R. D.* 5. *arg. l. 8. l. f. de eo ꝙ certo loc. l. 4. C. depoſ.* 6. Deniq; q̃a bñf. poſſeſſori fruct⁹ acq̃ri ꝑ cultura & cura, ipſis etiam dominis vtile ſit. Intereſt n. dominorũ, inuitari poſſeſſores hoc priuilegio ad rerum culturã & curã, vt poſtea res ſuas habeãt ſaluas, aut non deteriores, *Donel. d. lo.* Vide *Fachin. 1. contr. iur. c. 57. & alios q̃plurimos ab eo relatos.*

CONNEXVM.

Sed quid de malæfidei poſſeſſore? Hunc omnes omninò fructus, etiam percipiendos, indiſtinctè, ſiue titulum habeat ſiue nõ, reſtituere teneri, contra Accurſ. & eius aſſeclas defendere cum D. Vulteio annitemur.

XVI.

Vaga quæſtio eſt, varijsque Dd. opinionibus inuoluta; Venatio num ſeruitus putetur: & cuinam ſeruitutum ſpeciei magis aßimiletur?

REALI ANNVMERANT

D*N. Gail. 2. O. 66. & de pign. c. fi. Dn. Mynſ. §. inter ruſticorum. I. de ſeruit. Zaſ. ſing. intell. 11.* MOVENTVR 1. Quia ſeruitus venandi

IMÒ PERSONALI

ANnumerat *Pruckman. in tr. de Regal. §. venatio. c. 1.* MOVETVR 1. *arg. l. 15. in pr. de ſeruit. l. 5. §. 1. de ſeruit. ruſt. præd. l. 1. § f. commun. tam* *vrb.*

di ad heredes tranſit. *l. 21. de vſu & hab l.17. de ſeruit. ruſt. prædior. l.3. §.f. l.21. Quib. mod. vſufr. l. 78. in pr. de iur. dot. l.68. l.196. de R.I. l.20. §.2. de aliment. legat. l. 8. §. 3. de lib. leg.* 2. Quia pro ea datur contra quemcunque poſſeſſ. actio confeſſoria. *Gaill. & Zaſius dd. loc.* 3. Ita iudicatũ in Camer. ſcribit *Gaill. d. obſ. 66. n.2.*

vrb. q̃ ruſt. 2. Quia venatio debetur ei, cui eſt territoriũ. 3. *Quia ꝑ nouã inueſtiturã in cuiuſq; perſona heredis redintegratur, exemplo eius, ꝗ de vſufr. ꝓ ſe heredeq́; ſuo ſtipulato iure cautum eſt. arg. l.38. §.10. 11. 12. ibi Dd. de V.O. l.11. de vſufr.* confer *Zoannet. in l.2. n.20. C. de pact. int. empt. & vend.* vbi venationem fructum iuriſdictionis eſſe aſſerit. Alij aliter, *quos V. apud dd. Dd.*

XVII.

Falcidiam heres amittit propter omiſſam inuentarij confectionem; nunquid etiam Trebellianicam?

VTIQVE,

SI credimus Mindano *2. Pr. 68. n. 8. circa fin. Qui ſecutus eſt Couarr. in c. Raynutius. §. 11. nu.16. de teſtam. Menoch. conſil. 164. nu. 32. & conſil. 272. n. 53. cum ſeqq. Donell. 7. comment. 29. in fin.* MOVENTVR 1. *arg. l. fin. §. 2. ibi:* quod nulla malignitate, &c. *§. ſin autem 14.* iunct. *§.1. & f. C. de iur. delib.* 2. *ar. No.1. c.2. ibi:* hinc nobis ingreſſa ẽ cura, &c. iũct. *c.1.* 3. *ar. d. §.2. pr. ibi:* ſancimus igitur, &c. iunct. *l.7. de admin. & peric. tut.* 4. *arg. d. N.1. §. 1. ibi:* vt oporteat eiuſmodi heredẽ, qui non creditorem ſolum; ſed etiam legatarios & fideicommiſſarios veretur, & metuit non damnificari ſolũ; ſed etiam nõ lucrari. 5. *ar. §.2. ibi:* legatarios & fidei-

NEVTIQVAM.

SI Gaillio ſupplicauerimus *2. O. 138. n. 2. & ſeqq. & Dn. Mynſ. 3. O. 60.* Qui hanc ſententiam in Camera Imp. receptã eſſe teſtãtur. Confer *Hart. Hartm. tit. de hered. 41. obſ. 1. & 2.* Accedunt *Gomez. 1. var. reſol. 5. n.12. Vigl. ad §. extraneis 5. n.7. I. de hered. qual. & differ. Tiber. Decian. 2. reſp. 49. à n. 44. vſq; ad fin.* MOVENTVR 1. *arg. d. l. f. C. de iur. delib.* iunct. *d. N.1. c.2.* quæ extẽdit ius d. l. f. conſtitutũ. At omnis extenſio ſtrictè accipienda. *Decian. d. lo. n.46. & ſeqq.* 2. Corrigit etiam ius vetus. *d. N.1. c.2.* iunct. *l.32. in f. C. de appell.* 3. *arg. l.14. §.14. de relig. & ſumpt. fun. Nouell. 2. c. 2.* 4. Quia nulla lex ſit, quæ tale q̃d dicat, h. eſt, quæ heredi grauato Tre-

fideicom.&c. 6. *ibi:* ſi v. expſsim. 7. *ibi:* ſed dabit eis pœnam &c. iunct. *d.l.f.§.1. & p.C.de iur. delib.*

Trebellianicam hoc caſu auferẽdam ſtatuat. *Vid. d. N.2.c.2. verſ.* ſicut enim &c.

CONNEXA.

1. *Filius an propter inuentarij conficiendi omiſsionem amittat legitimam, ſi pura ſubſtantia morientis excedat menſuram legatorum datio? Ita pleriq; opinantur: ſed opinione falſi.*

2. *Eccleſia heres inſtituta vtrum conficere teneatur inuentarium, vt legis fruatur beneficijs: nec vltra vires teneatur hereditarias? Id ſanè non innitus dixerim.*

3. *Curatorem ad litem inuentarium conficere haud teneri cum Gaillio* contra *alios concludimus.*

XIIX.

Celeberrima eſt in hac materia quæſtio, de quâ ſæpè multumq; dubitatum, & adhuc ſub iudice lis eſt; Vtrum filius ex fideicommiſſo grauatus duas quartas de iure ciuili detrahat?

DETRAHIT,

PRopugnatore *Frid. Mindan.2. Pr.68. n.8.* Accedunt *Couar. in c. Raynutius. §.11.n.10. ext. de teſtam. Ant. Contius 1. diſp. 3.* NITVNTVR 1. *arg.l.8.§.8.l.15.de inoff.teſtam. l.30. pr.l.32.C.eod.* iunct. *Nou.1.c.2.in fin. auth. ſed cum teſtator. C.de legat. §.5. I.de fideicom.hered.* 2. *ar.l.in ſuis 11. de liber. & poſth. hered.* iunct. *d.l.8. §.14.15.ff.l.5.l.ſcimus 36. §.2. C.de inoffic. teſtam.* 3. *arg.l. quiſquis 5. §.3. C. ad L. Iul. maieſt. Nou.18. c.3.* iunct. *l.necare 4.de agnoſc. vel alend.liber.* 4. *arg.Nou.1.c.1.§.1.2.* 5. *arg. l. vn. Cod. de impon. lucr. deſcript. lib. 10. t. 35.*

NON DETRAHIT,

ASſeuerante *A.Gaillio 2. O.121. nu.4.* Accedunt *Cuiac. 8. obſ.3. Hot.ill.q.43. Donel.7.com.30. Goth.in l.3.§.2.ad SC. Trebel.* MOVENTVR 1. *ar.l.6.in f.pr. C.ad SC.Trebel.* 2. *ar. Nou.39.c.1.auth. res quæ. C.com.de legat.* 3. *ar.d. §.ſed quia 5. I.de fideicom. her.* 4. *per l.Papin. 8.§.quarta antẽ 9.§.vnde 11.§.meminiſſe 14.§.ſeq. de inoff.teſt.l.1. §.p. Si cui plus quàm p L.Falc.* 5. *per l. in quartã 91.ad L. Falc.* 6. *l.quoniã 32. l.omnimodo 30. C. de inoff.teſt.* 7. *arg.l.24. C.fam. erciſc.l.10.C.ad L.Falc.* Adde *l.11. ad L.Falc.* cõfer *Vaud.2.q.32. Accurſ.ad d.l.8.§.14.verb.Falcidia. de inoff.teſt.*

XIX.

Sed ad hoc quid Canones: placetnè Pontificibus, vt filius ita fideicommiſſo grauatus, legitimam, quia filius; & inſuper ICti authoritate Falcidiam, quia hereditatem reſtituere rogatus ſit, ac proinde duas quartas deducere poſſit?

PLACET

PОntifici indiſtinctè, *etiam eo caſu, quo filius purè grauatus, vti docet Frid. Mindan. d. c. 68. nu. 8.* NITITVR *c. Raynutius 16. & c. Raynaldus 18. ext. de teſtament.*

DISPLICET

EIdem, *niſi ſub conditione reſtituere rogatus, teſte D. Gaillio d. obſ. 121. nu. 4. in fin.* MOVETVR *arg. d. c. Raynutius. & c. Raynaldus 18. §. in eo verò &c. V. vtrobiq; Gl. & Panorm.*

CONNEXA.

1. *Nunquid ea ſolum, quæ iure capiuntur hereditario, imputantur in Falcidiam? Videbimus.*
2. *An in Trebellianicam etiam quouis titulo heredi relicta imputentur?* Affir. *A. Fab. Vulteius & Duar.* Negant *Cuiac. Pac. & Coraſ.*
3. *An vt falcidia; ita & Trebel. detractionem hodiè poſſit prohibere teſtator?* Aff. *Gaill. Couar. Menoch. Hot. & Donel.* Negant *Ant. Fab. Alciat. & alij, quos refert & ſequitur Fachin.*
4. *Dubitatur: an teſtator detrahi falcidiam etiam tacitè prohibere poſſit? Ita quidam putant; Sed rationibus, aliorum iud., non ſatis ponderoſis.*
5. *An viuo teſtatore ſub ſtipulatione pœnali conueniri poſſit, ne heres Falcidiâ vtatur?* Negat *D. Borcholt.* contradicit *Cuiac.*
6. *Quid ſi eiuſmodi conuentio poſt mortem teſtatoris ſit facta? Valet.*
7. *Legata dodrantem excedentia an naturaliter debeantur, ita vt per errorem facti ſoluta repeti haut poſſint?* N. *Duar.* A. *Robert.* Aliter *Donel. hic obicem tollere conatur.*

XX.

Nec conuenit inter D. Myſingerum & Andream Gaillium, vtrum legitima ſit hereditatis; an verò quota bonorum?

HEREDITATIS,

AIt *Dn. Mynſ. ad §. 3. n. 1. I. de inoff. teſt. Duar. ad tit. de acq. her. fil.*

BONORVM,

TRadit *Gaill. 2. O. 120. n. 2.* MOVETVR 1. Quia legitima non debeatur

fol (mihi) 460. & ſeq. MOVENTVR 1. Quia filius legitimã iure accipiat hereditario, & vt heres. *No. 115. c. 3. l. 8. §. 8. de inof. teſt.* Cui⁹ ig. reſpectu eſt heres, id hereditatẽ, aut quotã hereditatis eſſe neceſſe eſt. At legitimæ reſpectu eſt heres. *d. N. 115. c. 3.* Ergo &c. 2. Adde *l. hereditas 37. de acq. hered. l. 9. §. 1. de edend. l. ſi is 34. de iudic. arg. l. nihil eſt aliud 24. de V. S.* beatur liberis, niſi omni ære alieno prius deducto. *d. l. papin. 8. §. 9. de inoff.* Quod *(ait)* quotę hereditatis non conuenit. *arg. l. heredita tis 119.* iunct. *l. ſubſignatum 39. §. 1. de V. S. l. ſi quis 8. §. fi. cũ l. ſeq. de legat. 2.* 2. *arg. l. cum quæritur 6. C. de inoff. teſt.* 3. Addit *Gaill. text. auth. nouiſſima. C. eod.* 4. Pro ſuo ſententia allegat *Angel. Iaſ. Schurff. & alios, &c.*

XXI.

Sed præcedens controuerſia ab huius quæſt. deciſione dependere videtur: An hodiè legitima ſolo inſtitutionis titulo & iure hereditario liberis ſit relinquenda: vel an eam quocunq; titulo, vt putâ donationis, legati, fideicommiſſi, &c. relictam, ſufficiat?

NON SVFFICIT,

ITa prius approbando ſtatuit *Dn. Myſing. ad d. §. fi. n. 2. & ſeqq. vbi Vigl. VVeſenb. Schneid. & Interp. vulgo. Item Dd. com. in d. auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. VVurmſ. tit. 39. de teſtam. obſ. 9. Cuiac. in Nou. 18. fol. (mihi) 104.* NITVNTVR 1. Quia parentib⁹ non liceat liberos præterire aut exheredare, etiamſi titulo particulari legitima relicta ſit. *d. N. 115. c. 3. pr. ibi:* nec ſi ꝑ quãlibet, &c. 2. Quia Iuſtin. *in d. c. 3. in fin.* vult dari q̃relã inofficioſi, ſi õĩa ꝑcednntia nõ ſint obſeruata. *At q̃d req̃rit in ꝑcc.?* Liberi vt heredes

IMO SVFFICIT,

SIc prius reprobando opinantur *Ioan. Vand. 1. q̃ſt. 5. VValther. 1. miſcel. 9. Egu. Baro in §. ſed hæc 3. I. de inoff. teſt. Forcat. in Necyom. dial. 35. nu. 4. Coraſ. in l. 24. C. fam. erc. Menoch. 2. A. I. Q. caſ. 147. n. 29.* MOVENTVR 1. *arg. N. 18. c. 1. ibi:* Siue quis illud inſtitutionis modo, ſiue per legati, idem eſt dicere, & ſi per fideicommiſſi relinquat occaſionem. 2 *auth. nouiſſima. ibi:* quocunq; relicto titulo, &c. *C. de inoff. teſt.* 3. Quia *d. N. 115.* non ſit correctoria, cùm nõ agat de querela inofficioſi; ſed de q̃rela teſti iniu-

redes inſtituãtur, vel debitâ formâ exheredentur. 3. Quoniam à parentib⁹ & liberis iniuria prçteritionis & exheredationis debeat auferri. *d. N.115.c.3. & 5.in pr.* iunct. *d.l.8. pr.l.22.de inoff.teſt. auth. non licet. C.de lib. præter.* 4. Quia titulus inſtit. honoratior ſit titulo legati. *l.3. §.2. l.5. §.6. ff.de legat. præſt.&c.* 5. Imò etiam lucroſior eſt, q̃ titulus legati, ꝓpter ius accreſcendi. *l.1.§.4.de her.inſt.* iunct. *l.6.de poſſ.* 6. Suadet idẽ vlt. volunt. fauor. *l.3.C.de SS.Eccl.l.5.teſt. quemadm. aper.* 7. Quia liberis & parẽtib⁹ HEREDIBVS NOMINATIS etiã in quãtulacunq; parte nõ ſoluitur teſtam.; ſed agitur ad ſupplemẽtũ legitimæ. *Ergo illis hered. non nominatis teſtam. ſoluitur.*

iniuſti. 4. *arg. c. 5. eiuſd. N. ibi:* Etiamſi certis rebus iuſsi fuerint eſſe contenti, hoc caſu teſtament. quidem nullatenus ſolui præcipimus, quicquid autem minus eis legitima portione relictũ eſt, hoc ſolum NOSTRAS ALIAS LEGES AB HEREDIBVS impleri. 5. Quia ſi Iuſtin. *in d. c. 5.* vellet legitimam Inſtit. titulo relinqui, non diceret, ab HEREDIBVS; ſed à COHEREDIBVS ſupplementum legitimæ præſtandum eſſe. 6. Quia ibi agatur tantum de exheredatione & præteritione. 7. Bernh. VValther⁹ putat *Nou.115.* corrigi per *Nou. 18.* Quia hæc expreſsè correctionis faciat mentionẽ; illa nõ, ſed additionis. *V. Anton. Cuchũ in tr. de legit. &c.*

Πάρεργα.

1. *Legitimæ ſupplementum & ipſa legitima, vtrum condictione ex lege; an v. hereditatis petitione, vel familiæ erciſcundæ iudicio peti debeat, controuertitur? Prius affirm. Gaill. VVeſ. Don. Cuchus, Vigl. & Dd. comm. Poſterius Hot. Schneid. Duar. & alij.*

2. *Actionem ad ſupplementum legitimæ, non niſi 30. annis excludi, cum Dn. Mynſ. Gaill. Vigl. Gomez.* Contra *Cuiac. Bart. & al. putarem.*

3. *Sæpè quæſitũ, de quo lapſus eſt in facili: an filius à patre inſtitutus heres, repudiatâ hereditate, poßit acceptare legitimam?* Negant *Vaſqius, Decius, Alexander, &, teſte Soarez. Dd. communiter,* Contra *Bart. eiuſq; ſequaces. Et hic nobis noſtram placet adhibere limam.*

4. *Hoc loco nec illud prætereundum, an etiam viuo patre liberis debeatur legitima? Negantium Caſtra, authore Dn. Mynſing., ſequimur.*

5. *Huius occaſione ſtudioſè libet inueſtigare, vtrũ valeat ſtatutũ, ex delicto filij pater vt teneatur ſoluere legitimã?* Aff. *vſu receptã tutare difficilè non eſt.*

XXII.

XXII.

Lubrica etiam eſt dubiaq́ aleæ quæſtio : vtrum legitima liberorum ſtatuto vel conſuetudine tolli poſſit?

NEGANT

D*N. Mynſ. 5. O. 43. Gail. 2. O. 122. n. 11. VVeſ. conſ. 24.* MOVENTVR. I. *ar. l. 7. inf. ſi tab. teſt. null. ext. vnd. lib. l. 7. de bon. damn. N. 1. pr. §. 2.* II. *ar. l. 1. §. 3. de I. & I. §. 1.* I. *de I. N. G. & C.* iunct. *l. 8. de R. I. §. p. I. d. t.* III. *ar. N. 18. c. 3. verſ.* non licebit igitur de cętero vlli omninò filios habenti &c. *& ibi:* & vſusfr. inſuper & proprietatem relinquat, ſi vult filiorum non repentè fame morientiũ; ſed viuere valentium vocari pater. &c. IV. *l. 6. ibi:* nullo modo minuatur. *C. de ſecund. nupt. Et hanc ſent. æquiorẽ, veriorẽ & magis communẽ p̄nunciat Dn. Gaill. d. n. 11. Licet legitimam ſtatuto vel conſuet. minui poſſe non diffiteatur.*

AFFIRMANT

D*N. VVurmbſ. Pr. obſ. Cam. tit. 39. O. 12. & 10. ibi:* & credo quod valet conſuetudo, *Sichard. ad auth. nouiſſima. n. 6. C. de inoffic. teſtam.* MOVENTVR. I. *ar. d. l. 7. ſi tab. teſt. null. ext. l. 14. C. de ll. N. 18. c. 1. N. 1. pr. §. 2. l. 5. 7. de I. & I.* iunct. *l. 32. de ll. l. 36. §. f. C. de inoff. teſt.* II. *ar. l. 4. C. de lib. p̄ter.* III. *ar. L. 12. tab.* quâ mater excludebatur à ſucceſsione. *VVurmbſ. d. loc.* IV. Sic lege Moſaica extantibus maſculis à ſucceſsione excludebantur fœminæ. *Num. 27. verſ. 8. 9. & ſeqq.* Adde *Ctas in c. indultum, 17. de R. I. lib. 6. & in c. quamuis. de pactis. lib. 6.*

CONNEXVM.

Sunt qui legitimam ſolis liberis auctam mordicus propugnent; Sunt & qui idem ad parentum & fratrum legitimam extendendum opinentur: De quorum ſent. videbimus.

XXIII.

Magna deniq́ ac celebris eſt controuerſia, an l. 2. C. de reſcind. vend. locũ etiam habeat in tranſactione, ita vt tranſigens vltra dimidiũ decept⁹ tranſactionis petere poſſit reſciſſionem?

NEGAT

SImpliciter, etiam tranſigente in quadruplum læſo, *Gail. 2. Obſ. 70.*

DISTINGVIT

D*N. Mynſ. 1. O. 33. inter læſionem modicã & enormiſſimã, vt ſi exceſſus*

Obſ. 70. n. 6. & ſeqq. vbi ſecundum hanc ſentent. vt communem, ſæpius in Camer. iudicatum ait n. 11. MOVETVR, I. *arg. l. Lucius, 78. §. f. ad SC. Trebell.* II. *arg. l. 10. C. de tranſact. l. 16. C. eod.* III.. *arg. l. 19. C. de tranſact.* IV. iuuat *l. 2. C. de iureiur. l. 56. de re iudic. l. 20. C. de tranſact.* iunct. *l. 4. C. de re iud. l. 2. C. ſentent. reſc. non poſſ. l. 2. in f. C. quand. prouoc. non eſt nec.* V. *arg. d. l. 2. de iureiur. d. l. 56.* iunct. *l. 5. §. 2. de iureiur.* VI. *arg. l. 1. h. t.* iunct. *l. vbi, 75. de V. O. l. 2. l. 8. C. de reſcind. vend.* VII. *arg. l. 65. §. 1. de cond. indeb.* IIX. *per l. 15. §. 3. de re iud.* IX. *l. f. C. de plus petit. ibi:* tranſ. ſc. & ſecundis confeſsionibus &c. X *ar. l. 17. C. de vſur. l. 11. C. de tranſact.* iunct. *l. quod debetur 51. ff. de pecul.* Adde *D. Borch. de tranſact. c. f. Dn. Bocer. in repet. l. ea que, 4. C. de condict. in calcem ſui tract. de donat. reiecta. Donel. ad d. l. 2. C. de reſcind. vend.*

ceſſus vltra dimidium ſit modicus, negatiua: Sin maximus, affirmatiua præcedat opinio. Secutus *Fabianū de Monte in tr. de empt. ven. 8. q. pr. tit. quando liceat ab empt. diſcedere. n. 10. & ſeqq.* MOVETVR, I. Quia ex læſione immodica dolus præſumatur. *l. omnes. 17. § a. que in fraud. credit.* II. *ar. l. 36. ibi:* idem eſt etſi nullus dolus interceſſerit; ſed ipſa res in ſe dolum habeat. *ff. de V. O.* iunct. *l. 7. de dolo. l. fin. C. mandat. l. 9. §. 2. de tranſact.* III. *ar. l. 5. ibi:* ſanè ſi immodicè læſa es. *C. de dolo.* Adde *l. 2. C. de reſc. vendit. Gail. 2. O. 147. n. 8. & ſeqq. Mynſ. 5. O. 59. n. 8.* IV. *arg. l. 1. § an in pupillum, 15. depoſ. l. 17. §. pen. & fin. de inſtit. act.* Accedunt *Pinel. in d. l. 2. p. 1. c. 4. n. 12. & ſeqq. VVeſ. 1. conſ. 31. n. 13. & 2. conſ. 70. n. f. & conſ. 52. n. 4. & paßim.* Quidam indiſtinctè affirmatiuam tutare conantur, *quos vide apud dd. Dd. & Fachin. 2. contr. iur. 26.*

Πάρεργα.

1. *Diſpoſitio l. 2. C. de reſcind. vend. an etiam in emptore obtineat quæritur? Negant Carol. Molineus & Cuiac. Affirmat cū communi Pinel. cui adſiſto.*
2. *Prædictam l. 2. ſolummodo in rerum immobiliū, non mobilium venditione locū habere ſubtiliter contra com. contendit Io. Robertus: ſed minus fæliciter.*
3. *Eandem etiam ad locat. & conduct. contra nonnullos extendimus.*
4. *Quid ſi venditio iudicis facta ſit authoritate & decreto? Nec hic ceſſabit.*
5. *Contractus huius reſciſsionem & ad æqualitatis reductionē, non per in integrū reſtitutionem, neq; per condictionem ex lege: ſed per actionem ex eodem contractu deſcendentem, vel doli exceptionem, fieri cum nonnullis contra multos contendimus.*

BIBLIOTECA NA